# LA *LEX MALACITANA*, DESCRIPCIÓN Y TEXTO

Armin U. Stylow
Centro CIL II, Universidad de Alcalá

La placa de la llamada "Lex Malacitana" es una gran tabla de bronce que se conserva en el Museo Arqueológico Nacional de Madrid (nº de inventario 18631). En el año 1995, con ocasión de unas reformas, fue sacada de la sala donde se expone habitualmente y pudimos estudiarla también por detrás, lado normalmente no accesible. La lámina de bronce en que está grabado el texto, hoy fuertemente combada en sentido horizontal, mide unos 89 cm de alto y unos 122 cm de ancho y tiene un grosor de entre 0,9 (izquierda) y 0,5 cm (derecha). Los bordes superior e inferior son irregulares, mientras que los laterales son lisos habiendo sido recortados después de la fundición. El cerco que enmarca la lámina ha sido fundido aparte; está compuesto por cuatro piezas molduradas en forma de *cymatium inversum* y achaflanadas en los extremos, que han sido fijadas a la cara frontal de la lámina por medio de remaches (tres por arriba y abajo, dos en ambos lados). Las juntas de esas piezas han sido ensambladas por detrás con bronce fundido por medio del cual también se han unido a la lámina. Las medidas totales de la placa con el marco son de 94 por 130 cm, y su peso, de unos 90 kg.

Para remediar los desperfectos de la fundición, se han hecho algunas reparaciones las cuales se aprecian claramente en la cara posterior, mientras que apenas son visibles en la anterior. Dado que la fundición del bronce líquido no fue suficiente para alcanzar las dimensiones deseadas de la lámina, tuvieron que completarla en los bordes izquierdo (entre los 34 y los 40 cm desde la esquina izquierda; esta referencia y las siguientes se entienden mirando la tabla de frente) e inferior (entre los 101 y los 107 cm desde la esquina izquierda) con una nueva colada de bronce. Para reparar las fisuras de fundición en los bordes se vertió bronce líquido sobre ellas en la cara posterior, donde han quedado unos pegotes considerables, mientras que en la cara anterior fueron tapadas con lañas; esto ocurrió tanto en el borde superior (a los 43 cm desde la esquina izquierda, laña irregular; fisura profunda a los 89 cm desde la esquina iquierda, laña irregular en el borde y, a continuación hacia abajo, otra rectangular) como

en el inferior (entre los 65 y los 70 cm desde la esquina izquierda, laña rectangular; fisura a los 114 cm desde la esquina izquierda, sin reparar; pequeña laña en la esquina derecha inferior).

La grabación de la inscripción parece haber sido realizada antes de montar el marco, puesto que éste probablemente habría sido un estorbo para el libre manejo del cincel en las zonas cercanas a él, donde, sin embargo, no se observan diferencias de grabación respecto a otras zonas.

También en el montaje del marco surgieron problemas. Los tres primeros agujeros practicados en la lámina para la fijación de la pieza inferior se habían perforado en lugares demasiado altos, de forma que no hubieran quedado tapados por el marco (de hecho, los dos agujeros extremos son parcialmente visibles desde la cara anterior) y tuvieron que ser repetidos más abajo. En el montaje se rompió la pieza superior del marco (a los 43 cm de la esquina izquierda), rotura que fue reparada con un pegote de bronce por detrás que une los dos fragmentos entre ellos y al marco, mientras que en la cara frontal las huellas de la reparación han sido cuidadosamente limadas. Del mismo modo se reforzó por detrás la profunda grieta en el marco inferior (a los 111 cm desde la esquina izquierda), integrando en la misma reparación también la fisura del borde de la lámina (a los 114 cm), pero en ambos casos sin arreglar los desperfectos en la cara anterior.

El texto contiene parte de la versión de la *lex Latii* dada por Domiciano al nuevo municipio flavio de Malaca, concretamente desde el capítulo 51 (incompleto) hasta el comienzo del capítulo 66, y se reparte en cinco columnas de entre 66 y 73 líneas. Cada capítulo va precedido por su título, normalmente escrito en un párrafo propio, sangrado e introducido por la palabra *rubrica*, abreviada en una R con línea transversa para indicar la abreviatura. La primera línea de cada capítulo sobresale por la izquierda y empieza casi siempre con una o dos letras más grandes y entrelazadas. Debajo de ellas está el número del capítulo. Las letras se han grabado con mucha soltura; su altura oscila entre los 0,5 y los 0,7 cm, aunque abundan letras más altas (hasta los 2,5 cm), aparte de las frecuentes *I longae* (indicadas en la siguiente transcripción como *ì*) sobre todo C, F, H, L, P y S. No es raro que falte el refuerzo de un trazo y que se haya omitido incluso algún que otro trazo entero. A veces son difícilmente distinguibles las letras I, L y T. Los nexos de letras (indicadas por un circunflejo sobre cada letra que está en nexo con la siguiente) son poco frecuentes y aparecen normalmente al final de una línea, cuando pretendían ahorrar espacio. Algunas palabras olvidadas se añadieron en letras más pequeñas sobre la caja (indicadas por `...´). No hay apenas correcciones aparte de col. 2 l. 48 y del borrón en col. 5 l. 40; en col. 3 l. 16 fue borrado el nombre de Domiciano después de su muerte y *damnatio memoriae*, aunque ha quedado legible. Los signos de interpunción ( ◦ ) son pequeños triángulos; se han puesto de forma poco sistemática, faltando en muchos casos (si no están tapados por la pátina) y a veces se encuentran incluso dentro de las palabras. Para facilitar la lectura hemos desarrollado las abreviaturas y hemos añadido la interpunción moderna al pie de la caja. En el reducido aparato crítico al final recogemos las más importantes correcciones y emendaciones del texto transmitido por el bronce que hemos aceptado en nuestra transcripción; no pocas de aquéllas que fueron propuestas en su día por Th. Mommsen, el autor de la edición estándar, se han visto confirmadas por el texto paralelo (a partir del capítulo 59) de la Lex Irnitana, encontrada en 1981.

[R(ubrica). De nominatione candidatorum.]
[LI Si ad quem diem professionem]

Col. 1

fieri ◦ oportebit, nullius ◦ nomine ◦ aut pauciorum quam ◦ tot ◦, quod ◦ crearì oportebit ◦, professio ◦ facta erìt ◦ sive ex his, quorum ◦ nomine ◦ professio ◦ facta erit, pauciores ◦ erunt ◦, quorum h(ac) l(ege) ◦ comitiìs ◦ rationem habere oporteat, quam tot ◦, <quot> creari ◦ oportebit ◦, tum ◦ ìs ◦, qui ◦ comitìa habere debebit ◦, proscribito ◦ ìta ◦, u(t) ◦ d(e) ◦ p(lano) ◦ r(ecte) ◦ l(egi) ◦ p(ossint), tot nomina eorum ◦, quibus per ◦ h(anc) l(egem) ◦ eum ◦ honorem ◦ petere ◦ licebit ◦, quod ◦ derunt ◦ ad eum numerum, ad quem crear◦ì ex ◦ h(ac) ◦ l(ege) ◦ oportebit ◦. Qui ◦ ìta ◦ proscriptì erunt, iì, si ◦ volent ◦, aput ◦ eum ◦, qui ◦ ea comitia ◦ habiturus ◦ erit ◦, singulì ◦ singulos ◦ eiìusdem ◦ condicion⌜i⌝s ◦ nominato ìque `item´, qui ◦ tum ◦ ab ◦ ìs ◦ nominati ◦ erunt, si volent ◦, singulì ◦ singulos ◦ aput ◦ eundem ea{n}demque ◦ condicione ◦ nominato ◦, isque ◦, aput ◦ quem ◦ ea ◦ nominatio ◦ facta ◦ erit ◦, eorum omnium ◦ nomina proponito ìta ◦, ut ◦ {v ◦} d(e) ◦ p(lano) r(ecte) l(egi) ◦ p(ossint) ◦, deque ìs omnibus ìtem ◦ comitia ◦ habeto ◦ perìnde, ac ◦ si ◦ eorum ◦ quoque nomine ◦ ex ◦ h(ac) l(ege) ◦ de petendo ◦ honore ◦ professio ◦ facta esset ìntra ◦ praestitutum ◦ diem ◦ petereque eum ◦ honorem ◦ sua sponte c<o>epissent neque ◦ eo proposito ◦ destitissent.

R(ubrica). De comitiìs habendis.

Ex I̅I̅viris, qui nunc sunt, ìtem ◦ ex ◦ is ◦, qui
LI̅I̅ deinceps ◦ ìn ◦ eo ◦ municipio I̅I̅viri ◦ erunt, uter maìor ◦ natu ◦ erit aut ◦, si ◦ ei ◦ causa quae ìnciderit, q(uo) m(inus) comitia habere possit ◦, tum ◦ alter ◦ ex his ◦ comitia I̅I̅vir(is), ◦ ìtem aedilibus ◦, item quaestoribus ◦ rogandis subrogandis ◦ h(ac) ◦ l(ege) ◦ habeto ◦, utique ◦ ea ◦ distributione ◦ curiarum, de qua ◦ supra conprehensum ◦ est ◦, suffragia ◦ ferri ◦ debebunt ◦, ìta ◦ per tabellam ◦ ferantur ◦ facito,

quique ◦ ìta creati ◦ erunt ◦, iì ◦ annum ◦ unûm aut ◦, si ◦ ìn alterius ◦ locum ◦ creati ◦ erunt, reliqua ◦ parte ◦ eiìus anni ◦ ìn eo ◦ honore sunto ◦, quem ◦ suffragis ◦ erunt ◦ consecutì.

R(ubrica). In qua ◦ curìa ◦ ìncolae ◦ suffragia ferant.

LIII

Qui◦cumque ◦ ìn eo ◦ municipìo comitia I̅I̅virìs, ìtem aedilibus ◦, ìtem quaestoribus ◦ rogandis ◦ habebit, ex ◦ curiìs ◦ sorte ◦ ducito unam, in qua ◦ ìncolae ◦, qui ◦ cives ◦ R(omani) ◦ Latinive ◦ cives erunt, suffragi⌜um⌝ ◦ ferant ◦ eìsque ◦ ìn ◦ ea ◦ curia ◦ suffragi ◦ latio esto.

R(ubrica). Quorum ◦ comitìs ◦ rationem haberi oporteat.

LIIII

Qui ◦ comitia habere ◦ debebit ◦, ìs prìmum I̅I̅vir(os), qui ◦ ìure ◦ dicundo praesi<n>t ◦, ex ◦ eo ◦ genere ìngenuorum ◦ hominum ◦, de quo h(ac) ◦ l(ege) ◦ cautum conprehensumque ◦ est ◦, deìnde ◦ proximo ◦ quoque ◦ tempore ◦ aedìles ◦, ìtem ◦ quaestores ◦ ex ◦ eo ◦ genere ◦ ìngenuorum ◦ hominûm, de quo ◦ h(ac) ◦ l(ege) ◦ cautum ◦ conprehensumque ◦ est, creando<s> ◦ curato ◦, dum ne ◦ cuiìus comitis ◦ rationem ◦ habeat ◦, qui ◦ I̅I̅viratum ◦ petet ◦ , {et} qui minor ◦ annorum ◦ XXV erìt quive ◦ ìntra quinquennium ◦ ìn ◦ eo ◦ honore ◦ fueri{n}t ◦, ìtem qui aedilitatem ◦ quaesturamve ◦ petet ◦, qui minor ◦ quam annor(um) XXV erit quive ◦ ìn ◦ earum ◦ qua ◦ causa erìt ◦, propter

**Col. 2**

quam ◦, si ◦ c(ivis) ◦ R(omanus} ◦ esset, ìn ◦ numero ◦ decurìonum conscriptorumve eum esse ◦ non ◦ liceret.

R(ubrica). De ◦ suffragio ferendo.

LV

Qui comitia ex ◦ h(ac) l(ege) ◦ habebit ◦, ìs ◦ municipes curiatim ◦ ad suffragium ◦ ferendum vocato ◦ ìta ◦, ut ◦ uno vocatu omnes ◦ curìas ìn suffragium vocet eaeque singulae ìn singulis ◦ consaeptis ◦ suffragium per tabellam ferant ◦, ìtemque ◦ curato, ut ad cistam ◦ cuiìusque curiae ◦ ex municipibus ◦ eiìus municipì ◦ terni ◦ sint, qui ◦ eiìus curiae non sint, qui ◦ suffragia ◦ custodiant diribeant ◦, et, uti, antequam ◦ id faciant, qu–

isque ∘ eorum ìurent ∘ se ∘ rationem ∘ suffragiorum fide ∘ bona ∘ habiturum ∘ relaturumque, neve ∘ prohibito, q(uo) m(inus) et ∘, qui ∘ honorem petent, singulos ∘ custodes ∘ ad singulas cistas ponant ∘, iìque ∘ custodes ∘ ab eo, qui ∘ comitia habebit ∘, ìtem ∘ ab ∘ his ∘ positì, qui honorem ∘ petent ∘, in ea ∘ curia quisque ∘ eorum ∘ suffragio ferto, ad cuiìus curiae cistam ∘ cuṣtos positus erit, e⌜o⌝rumque ∘ suffragia ∘ per°inde ∘ ìusta rataque ∘ sunto, ac ∘ si ∘ ìn sua quisque curia suffragium tulisset.

R(ubrica). Quid ∘ de ∘ his ∘ fierì ∘ oporteat quì suffragiorum numero ∘ pares ∘ erûnt.

LVI

Is ∘ qui ea ∘ comitia ∘ habebit, uti quisque curìae, cuiìus ∘ plura quam aliì ∘ suffragia habuerit ∘, ìta priorem ceteris ∘ eum pro ea curìa factum creatumque esse renuntiat⌜o⌝, donec ∘ is ∘ numerus ∘, ad quem crearì oportebit, expletus sit. Qua{m} in curìa totidem suffragia ∘ duo pluresve habuerint, maritum, quive maritorum numero erit, caelibi ∘ liberos non ∘ habenti, qui marìtorum ∘ numero ∘ non ∘ erìt ∘, habentem liberos non ∘ habentì ∘, plures liberos habentem ∘ pau⌜c⌝iores ∘ habentì ∘ praeferto ∘ `prio´remque nuntiato ìta, ut bini ∘ liberì ∘ post nomen ∘ inpositum ∘ aut s°ingulì ∘ puberes amìssi v⌜i⌝rive ∘ potentes ∘ amissae ∘ pro singulis sospitibus numerentur. Si duo pluresve totidem ∘ suffragia ∘ habebunt ∘ et eiìusdem condicionis ∘ erunt, nomina ∘ eorum ìn sortem coicìto ∘ et, uti ∘ cuiìusque ∘ nomen ∘ sorti ∘ ductum ∘ erìt ∘, ìta ∘ eum prìorem alis ∘ renuntìat<o>.

R(ubrica) ∘ . De sortitione curiarum ∘ et is ∘, qui curiarum ∘ numero ∘ par{t}es ∘ erunt.

LVII

Quì ∘ comitia ∘ h(ac) ∘ l(ege) ∘ habebit, ìs relatis ∘ omnium curiarum ∘ tabulis nomina curìarum ∘ ìn sortem ∘ coicito ∘ singularumque ∘ curiarum nomina sorte ∘ ducito ∘ et ∘, ut cuiìusque curiae nomen ∘ sorte exierit ∘, quo`s´ ∘ ea ∘ curia ∘ fecerìt, pronuntiarì ∘ iubeto ∘ et ∘, utì ∘ quisque ∘ prìor maìorem ∘ partem numerì ∘ curiarum confecerìt ∘, eum ∘, cum ∘ h(ac) ∘ l(ege) ∘ iuraverìt ∘ caverìtque ∘ de pecunia ∘ communi ∘, factum crea–

tumque ◦ renuntiato, donec ◦ tot magistra–
tus sint ◦, quod ◦ h(ac) ◦ l(ege) ◦ crearì ◦ oportebit. Si ◦ totì–
dem curias ◦ duo ◦ pluresve ◦ habebunt,
uti ◦ supra conprehensum est de ìs ◦, quì
suffragiorum numero pares essent, ìta
de ìs ◦, qui ◦ totidem curias ◦ habebunt ◦, fa–
cito eademque ratione ◦ prìorem quem–
que creatum ◦ esse ◦ renuntiato.

R(ubrica). Ne quit ◦ fiat, quo minus comitia ha–
beantur.

Ne quis intercedito ◦ neve quit aliut fa–
LVIII cito, quo minus (vac. 3) in eo mun<i>cipio ◦ h(ac) ◦ l(ege)
comitia ◦ habe(vac. 1)antur ◦ perficiantur.
Qui ◦ aliter ◦ adversus ◦ ea ◦ fecerit scieñs

**Col. 3**

(vac. 6) d(olo) ◦ m(alo) ◦, ìs ◦ ìn ◦ res ◦ singulas ◦ ~~HS~~ $\overline{X}$ mu-
nicipibus munic⌜i⌝piì ◦ Flavi Malacitanì
d(are) ◦ d(amnas) ◦ e(sto) ◦ eiìusque ◦ pecuniae deque ea pecun(ia)
municipi ◦ eìus ◦ municipiì, q◦ui ◦ volet ◦ cuique
per h(anc) ◦ l(egem) ◦ licebit, actio petitito ◦ persecutìo ◦ esto.

R(ubrica). De ìure ◦ ìurando eorum, qui ◦ maìorem
partem numerì curìarum ◦ expleverit.

Qui ea comitia habebit, utì ◦ quisque eorum,
LIX qui ◦ $\overline{II}$viratum aedilitatem quaesturam-
ve ◦ petet ◦, maiìorem ◦ partem numerì curìa-
rum expleverit ◦, prìusquam eum factum
creatumque renuntiet ◦, ìus ◦ ìurandum adì-
gito ◦ ìn contione{m} palam ◦ per Ìovem et Di-
vom Augustum ◦ et ◦ Divom ◦ Claudium et Divom
Vespasianum Aug(ustum) ◦ et Divom Titum Aug(ustum)
et Genium ◦ Ìmp(eratoris) ◦ Caesarì[[s ◦ Domitiani]] Aug(usti)
deosque Penates ◦ {se ◦} eum, qu<a>e ◦ ex h(ac) ◦ l(ege) ◦ facere
oportebit, facturum ◦ neque adversus
(vac. versus unus)
h(anc) ◦ l(egem) ◦ fecisse ◦ aut facturum esse scientem
d(olo) ◦ m(alo) ◦.

R(ubrica) ◦. Ut de ◦ pecunia communi munici-
pum caveatur ab is ◦, qui ◦ $\overline{II}$viratum
quaesturamve ◦ petet.

Qui ◦ ìn ◦ eo municipio $\overline{II}$viratum quaesturam-
LX ve petent quique ◦, propter ◦ quod pauciorum
nomine quam oportet ◦ professio ◦ facta
esset, nominatim in eam ◦ condicionem

rediguntur ◦, ut de his quoque suffragìum ◦ ex ◦ h(ac) ◦ l(ege) ◦ ferrì ◦ oporteat, qui`s´que ◦ eorum, quo die ◦ comitia habebuntur, antequam suffragium feratur, arbitratu ◦ eìus ◦, qui ea comitia habebit, praedes in commune municipum dato ◦ pecuniam ◦ communem eorum, quam ◦ ìn ◦ honore ◦ suo ◦ tractaverìt, salvam ◦ is ◦ fore ◦. Sì ◦ d(e) ◦ e(a) ◦ r(e) ◦ ìs ◦ praedibus minûs cautum ◦ esse videbitur ◦, praedia subsignato arbitratu ◦ eiìusdem, isque ab ìis praedes praediaque sine ◦ d(olo) m(alo) ◦ accipito, quo◦ad ◦ recte cautum ◦ sit ◦, uti quod ◦ recte ◦ factum ◦ esse volet. Per quem eorum, de quibus I̅I̅virorum quaestorumve ◦ comitìis suffragium ◦ ferrì ◦ oportebit ◦, steterìt ◦, q(uo) ◦ m(inus) ◦ recte ◦ caveatur ◦, eius, qu⸢i⸣ comitia ◦ habebit ◦, rationem ne habeto.

R(ubrica). De patrono cooptando.

LXI Ne quis ◦ patronum publice ◦ municipibus municipiì ◦ Flavi Malacitani cooptato patrociniumve cui deferto nisi ex ◦ maìorìs partis decurionum ◦ decreto ◦, quod ◦ decretum factum erit, cum duae partes ◦ non ◦ minus ◦ adfuerint ◦ et ◦ ìurati ◦ per tabellam ◦ sententiam tulerint. Qui ◦ aliter adversus ea patronum publice municipibus ◦ municipiì ◦ Flavi Malacitani ◦ cooptaverìt ◦ patrociniumve cui detulerit ◦, is ~~HS~~ X̄ n̄(ummum) in ⸢p⸣ublicum municipibus ◦ municipiì Flavi ◦ Malacitani ◦ d(are) d(amnas) ◦ e(sto) ◦ e<t> ìs, qu⸢i⸣ ◦ adversus h(anc) ◦ l(egem) ◦ patronus cooptatus cuì⸢ve⸣ patrocinium ◦ delatum erit ◦, ne ◦ magis ob eam ◦ rem ◦ patronus ◦ municip{i}um ◦ municipiì ◦ Flavi ◦ Malacitani ◦ {tan◦ì ◦} esto.

R(ubrica). Ne quis ◦ aedificia, quae ◦ restituturus `non´ erit ◦, destruat.

LXII Ne quis ◦ ìn oppido municipiì ◦ Flavi ◦ Malacitani ◦ quaeque eì ◦ oppido ◦ continentia ◦ aedificia erunt, aedificium ◦ detegito ◦ destruito ◦ demoliundumve curato ◦ nisi ◦ decurionum conscriptorumve ◦ sententia, cum maìor ◦ pars eorum ◦ adfuerìt ◦, quod ◦ restitu<tu>rus ìntra ◦ proximum annum ◦ non ◦ erìt ◦. Quì ◦ adversus ◦ ea fecerit, `is´, quanti ◦ e(a) ◦ r(es) ◦ e(st) ◦, t(antam) ◦ p(ecuniam) ◦ municipibus ◦ municipì Flavi ◦ Malacitani ◦ d(are) ◦ d(amnas) ◦ e(sto) ◦ eìusque ◦ pecuniae deque ea pecunia ◦ municipì ◦ eius ◦ municipiì, qui volet cuique per ◦ h(anc) ◦ l(egem) ◦ licebit ◦, actìo petitìo

Col. 4

persecutio ◦ esto.

R(ubrica) ◦ De locationibus legibusque locatìonum proponendis et ìn tabulas municipi ◦ referendis.

LXIII Qui $\overline{\mathrm{II}}$vir ◦ i(uri) ◦ d(icundo) ◦ p(raeerit) ◦, vectigalia ultroque tributa sive ◦, quit ◦ aliut ◦ communi nomine municipum ◦ eiìus municipi ◦ locarì ◦ oportebit, locato ◦, quasque ◦ locationes ◦ fecerìt quasque leges ◦ dixerit ◦ <et> quanti quit ◦ locatum sit ◦ et ◦ <qui> pr◦aedes accepti ◦ sint quaeque praedia ◦ subdita subsignata obligatave ◦ sint ◦ quique ◦ praediorum cognitores ◦ acceptì sint ◦, ìn tabulas communes municipum ◦ eìus ◦ municipì referantur ◦ facito ◦ et ◦ proposita ◦ habeto per omne reliquom ◦ tempus ◦ honoris ◦ sui ◦ ìta, ut d(e) p(lano) ◦ r(ecte) ◦ l(egi) ◦ p(ossint), quo ◦ loco ◦ decuriones ◦ conscriptìve ◦ proponenda esse ◦ censuerint.

R(ubrica). De obligatione praedum ◦ praediorum cognitorumque.

LXIV Qui◦cumque ìn municipio ◦ Flavio Malacitano in commune municipum ◦ eiìus municipì praedes factì sunt ◦ erunt ◦ quaeque ◦ praedìa accepta ◦ sunt ◦ erunt quique eorum praediorum cognitores facti ◦ sunt erunt ◦, iì omnes ◦ et quae ◦ cuiìusque eorum tum ◦ <fuerunt> erunt, cum prae{e}s cognitorve ◦ factus est ◦ erit ◦, quaeque postea ◦ esse ◦, cum ◦ iì obligati esse coeper<u>nt ◦ c<o>eperint, qui eorum ◦ soluti ◦ liberatique ◦ non sûn̂t non ◦ erunt aut ◦ non ◦ sine d(olo) ◦ m(alo) sunt ◦ erunt, eaque ◦ omnia ◦, quae{que} ◦ eorum ◦ soluta ◦ liberataque ◦ non sunt non ◦ erunt ◦ aut non ◦ sine d(olo) m(alo) sunt ◦ erunt ◦, in commune ◦ municipum eiìus municipiì ◦ ìtem ◦ obligatì obligata{e}que sunto ◦, utì ◦ iì ◦ ea{e}ve ◦ p(opulo) ◦ R(omano) ◦ obligati obligatave ◦ essent, si aput eos, qui Romae aerarìo praessent, iì ◦ praedes ◦ ì⌜i⌝que cognitores ◦ facti eaque praedia subdita subsignata obligatave ◦ essent ◦. Eosque ◦ praedes eaqûe praedia ◦ eosque cognitores ◦, si quit eorum, ìn quae ◦ cognitores ◦ facti ◦ erunt ◦, ìta non ◦ erìt, qui ◦ quaeve ◦ soluti liberati soluta ◦ liberataque non sunt non ◦ erunt ◦ aut non sine

d(olo) ◦ m(alo) ◦ sunt ◦ erunt ◦, IIviris ◦, qui ìbi ì(uri) ◦ d(icundo) ◦ praerunt ◦ ambobus ◦ alterì{us}ve ◦ eorum ◦ ex decurionum conscrìptorumque decreto, quod ◦ decretum ◦, cum eorum ◦ partes ◦ tertìae non ◦ minus ◦ quam ◦ duae ◦ adessent ◦, factûm erit ◦, \`vendere´ legemque his vendundis ◦ dicere ius potestasque ◦ esto ◦, dum ea<m> ◦ legem ◦ is ◦ rebus vendundis ◦ dicant, quam legem eos, qui ◦ Romae aerarìo ◦ praerunt, e lege praediatoria praedibus ◦ praedisque vendundis ◦ dicere ◦ oporteret, aut ◦, si ◦ lege ◦ praedìatoria emptorem ◦ non ìnveniet ◦, quam legem ìn vacuom ◦ vendendis ◦ dicere oporteret, et dum ìta legem ◦ dicant, utì ◦ pecuniam ◦ in for⌜o⌝ municipi Flavi ◦ Malacitanì sufferatur luatur solvatur ◦, quaeque ◦ lex ita ◦ dicta <e>rit ◦, ìusta ◦ rataque esto.

R(ubrica). Ut ◦ ìus ◦ dicatur ◦ e lege ◦ dicta ◦ praedibûs et ◦ praedis ◦ vendundis.

LXV

Quos praedes quaeque praedia ◦ quosque cognitores ◦ II◦virì ◦ municipiì ◦ Flavi Malacitani ◦ h(ac) ◦ l(ege) ◦ vendiderint, de ìis ◦, quicumque i(uri) d(icundo) p(raeerit), ad quem ◦ de ea re ìn ìus aditum erit, ìta ◦ ius ◦ dicito ◦ iudiciaque dato, ut eì, quì eos praedes ◦ cognitores ◦ ea praedia mercati erunt ◦, praedes ◦ socìi ◦ heredes◦que ◦ eorum i⌜i⌝que, ad quos ea res ◦ pertinebit ◦, de ◦ is rebus agere ◦ easque res ◦ petere ◦ persequi ◦ recte possi<n>t. R(ubrica). De multa quae dicta erìt.

LXVI

Multas ◦ in eo ◦ municipìo ab ◦ IIviris prae-

Col. 5

fectove dictas ◦, ìtem ab aedilibus, quas aediles dixisse se aput IIviros ◦ ambo alterve ◦ ex ◦ is professi ◦ erunt, IIvir ◦, qui ì(ure) ◦ d(icundo) ◦ p(raeerit) ◦, ìn tabulas communes ◦ municipum eiìus municipi referri ìubeto ◦, si cui ◦ ea multa dicta erit aut nomine ◦ eiìus alius postulabit, ut de ea ad decurìones conscrìptosve referatur ◦. De ea ◦ decurìonum conscrìptorûmve ìudicium est\`o´ ◦, quaeque multae non ◦ erunt ìnìustae a ◦ decurìonibus con-

scriptisve ìudicatae ◦ , eas multas IIvirì ìn publicum municipum ◦ eiìus municipiì ◦ redigunto.

R(ubrica) ◦. De pecunia communi ◦ municipum deque rationibus ◦ eorundem.

LXVII Ad quem pecunia communis ◦ municipum eiìus ◦ municipi ◦ pervenerit ◦, heresve eiìus ◦ isve, ad ◦ quem ◦ ea ◦ res pertinebit, ìn dìebus XXX ◦ proximis ◦, quibus ◦ ea ◦ pecunia ad ◦ eum ◦ pervenerìt ◦, ìn ◦ publicum munìcipum eiìus ◦ municipi ◦ eam referto ◦, quique ◦ rationes ◦ communes negotìumve quod commun⸢e⸣ ◦ municipum ◦ eìus municipi ◦ gesserit tractaverit, is ◦ heresve ◦ eiìus, ad quem ◦ ea res pertinebit, ìn diebus ◦ XXX proximis ◦, quibus ◦ ea negotia easve ◦ rationes gerere tractare ◦ desierit, quibusque decurìones ◦ conscriptique ◦ habebuntur, r⸢at⸣iones ◦ edito redditoque ◦ decurioni⸢b⸣us conscriptisve cuive ◦ de his ◦ accipìendis cognoscendis ◦ ex ◦ decreto decurìonum ◦ conscriptorumve ◦, quod ◦ decretum factum ◦ erit, cum eorum partes ◦ non mìnus ◦ quam duae ◦ tertìae adessent ◦, negotìum datum ◦ erìt ◦. Per quem ◦ steterìt ◦, q(uo) ◦ m(inus) ◦ ìta ◦ pecunia ◦ redigeretur referretur ◦ quove ◦ minus ìta rationes redderentur, is ◦, per quem steterit ◦, q(uo) ◦ m(inus) ◦ rationes redderentur quove minus ◦ pecunia redigeretur referret[ur], heresque eìus ◦ isque, ad quem ea res, qua de agitur ◦, pertinebit, q(uanti) ◦ e(a) r(es) erit, tantum ◦ et alterum tantum municipibus ◦ eiìus municipi d(are) ◦ d(amnas) e(sto) ◦ eìusque pecuniae ◦ deque ea ◦ pecunia municipum municipiì ◦ Flavi Malacitani {eìus ◦ ea ◦ pecunia municipum municipiì Flavi ◦ Malacitanì}, qui volet cuique per h(anc) ◦ l(egem) ◦ licebit, actio petitio ◦ persecutio esto.

R(ubrica). De constituendis patronis ◦ causae, cûm rationes reddentur.

LXVIII Cum ìta rationes reddentur, IIvir, qui decurìones conscriptosve habebit, ad decuriones conscriptosve referto, quos placeat publicam causam agere, iìque decuriones con-



Málaga, Bronce de la *Lex Malacitana* (M.A.N.)

scriptive ◦ per tabellam ìurati ◦ d(e) ◦ e(a) ◦ r(e) decer-
nunto ◦ tum, cum eorum partes non minûs
quam duae tertiae ◦ aderunt, ìta ut tres, qu-
os ◦ plurimi ◦ per tabellam ◦ legerint, causam
publicam agant, iìque, qui ìta lecti erunt, tem-
pus ◦ a decurionibus conscripti<s>ve, quo cau-
sam cognoscant actionemque suam or-
dinent, postulanto eoque tempore, quod is
datum erit, transacto eam causam, utì quod
recte factum esse volunt, agunto.

R(ubrica). De ìudicio pecuniae communis.

Quod m(unicipum) ◦ m(unicipii) ◦ Flavi Malacitani ◦ nomine pe-
LXIX tetur ◦ ab eo ◦, qui eìus municipì munic⌜e⌝-
p{e}s ìncolave erìt quodve cum eo agetur,
quod pluris ~~HS~~ ↀ sit neque tanti sit, ut

[de eo, si *privatim* ageretur, ibi invito alter utro actio non esset ...]

El comienzo perdido del capítulo fue restituido por Th. Mommsen.

Col. 1

L. 6: QVOT añadió Mommsen. - L. 15: CONDICIONES bronce, EADEM CONDICIONE conjeturó Mommsen. - L. 18: EANDEMQVE bronce. - L. 21: VT ◦ V ◦ D bronce. - L. 26: CEPISSENT bronce, emendó Mommsen. - L. 49: SVFFRAGIO bronce, corrigió Mommsen. - L. 54: PRAESIT bronce. - L. 60: CREANDO bronce. - L. 62: PEITET ◦ ET QVI bronce. - L. 64: FVERINT bronce.

Col. 2

L. 22: EQRVM bronce. - L. 30: RENVNTIATQ bronce. - L. 32: QVAM bronce; TOTIDEN corregido a TOTIDEM. - L. 38: PAVOIORES bronce. - L. 41: VTRIVE bronce. - L. 47: RENVNTIIAT bronce. - L. 48: PARTES bronce. - L. 53: encima de la D borrada de QVOD se grabó una S. - L. 69: MVNCIPIO bronce.

Col. 3

L. 2: MVNICEPII bronce. - L. 13: CONTIONEM bronce, CONTIONE lex Irn. - L. 17: SE EVMQVE bronce, EVM QVAE lex. Irn. - L. 41: QVE bronce. - L. 53: DVBLICVM bronce. - L. 54/55: EÌSIQVE bronce. - L. 55/56: CVÌIÌVS bronce, CVIVE lex Irn. - L. 57: MVNICIPIVM bronce. - L. 66: RESTITVRUS bronce.

Col. 4

L. 9: ET QVANTI lex Irn.; QVI añadió Mommsen. - L. 25: FVERVNT añadió Mommsen. - L. 26: PRAEES bronce, PRAES lex Irn. - L. 27/28 COEPERIINT CEIPERINT bronce. L. 30: QVAEQVE bronce, QVAE lex Irn. - L. 33/34 OBLIGATAE, EAEVE bronce, OBLIGATAQ-VE, EAVE lex Irn. - L. 36: INQVE bronce, IIQVE lex Irn. - L. 45: ALTERIVSVE bronce, ALTERIVE lex Irn. - L. 49: EA bronce, EAM lex Irn. - L. 57: INFORE bronce, IN FORO lex. Irn. - L. 59: DICTARIT bronce, DICTA ERIT lex Irn. - L. 69: ISQVE bronce, IIQVE lex Irn. - L. 71: POSSIT bronce, POSSINT lex Irn.

Col. 5

L. 23: COMMVNI bronce, COMMVNE lex Irn. - L. 29/30: RNIONES, DECVRIONIIRVS bronce. - L. 40: detrás de REFERRET dos letras borradas y no regrabadas. - L. 45/46: repetición errónea en el bronce. - L. 60: CONSCRIPTIVE bronce, corrigió Mommsen - L. 67/68: MVNICÌIPES bronce, corrigió Mommsen.

La continuación del texto es conocida gracias a la Lex Irnitana.